

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Eucharistia q
cum fontibus proximo et primo

Accepit Ihesus panem et benedicens fregit, tradens et figurans corpus suum in panem, quod est ecclesia presens, quod accipitur in fide, benedicitur in numero, frangitur in passionibus, datur in exemplis, sumitur in doctrinis; formans sanguinem suum in calicem uino et aqua commixtum ut alio purgaremur a culpis, alio redimeremur a penis. Sanguine namque agni seruatur domus a percussione angeli, et aqua maris rubri extinguntur inimici que sunt mysteria ecclesie Christi.

Ieronymus ibidem (super Lucam).

Accepit panem. Hieronymus.
Figurans corpus suum in pane quod est ecclesia presens.
que accipitur in fide. benedicitur in numero.
frangitur in passionibus. datur exemplis, sumitur doctrinis.
Formans sanguinem suum in calice vino et aqua mixtum:
ut alio purgaremur a culpis. alio redimamur a penis.
Sanguine nanque agni domus seruantur a percussionibus angeli.
Et aqua maris rubri extinguuntur inimici.
que sunt mysteria ecclesie christi.

Glossa ordinaria, liber euangelii secundum Marcum, 14
(Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Accepit Jesus panem, et benedicens, fregit.
Transfigurat corpus suum in panem, quod est ecclesia praesens,
quae accipitur in fide, benedicitur in numero,
frangitur in passionibus, datur in exemplis, sumitur in doctrinis;
format sanguinem suum in calicem uino et aqua commixtum.
Ut alio purgamer a culpis, alio redimemur a poenis,
sanguine namque agni seruantur domus a percussione angeli,
et aqua Maris Rubri extinguuntur inimici.
Quae sunt ministeria ecclesiae Christi.

Anonymous (Pseudo-Hieronymus), *Expositio euangelii secundum Marcum, 14* (CCSL 82, M. Cahill ed., p.62, ll.100-107).